Vlulasse canes.
Omnia nostri facies leti
Grauior leto. piger ignauos
Alligat artus langor. et egro
Rubor in uultu. maculeque caput
Sparsere leues. tum uapor ipsam
Corporis arcem. flammeus urit.
Multoque genas sanguine tingit.
Oculique rigent. et sacer ignis
Pascitur artus. resonant aures
Stillatque niger naris adunce
Cruor. et uenas rumpit hyantes
Intima creber uiscera quassat
Gemitus stridens. tunc amplexu
Frigida presso saxa fatigant.
Quos liberior domus elato
Custode sinit petitis fontes.
Aliturque sitis latice ingesto
Prostrata iacet turba cruentum
Oratque mori. solum hoc faciles
Tribuere dei. delubra petunt
Haud ut uoto numina placent.
Sed iuuat ipsos satiare deos
Quisnam ille propero regiam gressu petit.
Adestne clarus sanguine ac factis creo.
An eger animus falsa pro ueris uidet.
Adest petitus omnibus uotis creo.

Edipus creo.

Edipus. Horrore quatior fata quo uergant timens.
Trepidumque gemino pectus affectu labat.
Vbi leta duris mixta in ambiguo iacent.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1671/0160
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG